

18th January and 22nd February

St Peter's Chair

Since the early Middle Ages two feasts have commemorated St Peter as Bishop of Antioch (22nd February) and of Rome (18th January). The ancient Feast of St Peter's Chair in Rome received greater significance when it began to mark, together with the Feast of the Conversion of St Paul, the Chair of Unity Octave, a week of prayer for the return of the Separated Brethren to St Peter. Nevertheless, since 1962 this feast has not been obligatory. However, a votive Mass may be celebrated on this day. Its Propers are identical to those of the feast of St Peter's Chair in Antioch printed here.

White

2 Cl. (Duplex majus)

INTROIT: *Ecclus. 45:30*

Statuit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. *Ps. 131:1*: Memento, Domine, David : et omnis mansuetudinis ejus. *℟. Gloria.*

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince : that the dignity of priesthood should be to him for ever. Ps. 131:1: O Lord, remember David and all his meekness. ℟. Glory.

COLLECTS

Deus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti : concede, ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur : Qui vivis.

O God, who in delivering to thy blessed Apostle Peter the keys of the kingdom of heaven didst confer on him the pontifical power of binding and loosing : grant that by the help of his intercession we may be set free from the bonds of our sins. Who livest.

The following Commemoration of St Paul is said on all feasts of St Peter:

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti : da nobis, quæsumus, ut cujus commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

O God, who by the preaching of the blessed Apostle Paul hast taught the multitude of the Gentiles : grant that we, who celebrate his mercy, may also enjoy the benefit of his patronage. Through our Lord.

EPISTLE: *1 Pet. 1:1-7*

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, et Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi : gratia vobis, et pax multiplicatur. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hæreditatem

A lesson from the Epistle of St Peter the Apostle.

Peter, an Apostle of Jesus Christ, to the strangers dispersed through Pontus, Galatia, Cappadocia, Asia, and Bithynia, elect according to the foreknowledge of God the Father, unto the sanctification of the Spirit, unto obedience, and sprinkling of the blood of Jesus Christ; grace unto you and peace be multiplied. Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, who according to his great mercy hath regenerated us unto a lively hope, by the resurrection of Jesus Christ from the dead, unto an

incompactibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo. In quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus : ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem, in revelatione Jesu Christi Domini nostri.

inheritance incorruptible and undefiled, and that cannot fade, reserved in heaven for you, who by the power of God are kept by faith unto salvation, ready to be revealed in the last time. Wherein you shall greatly rejoice, if you must be for a little time made sorrowful in divers temptations; that the trial of your faith, much more precious than gold (which is tried by the fire), may be found unto praise, and glory, and honour, at the appearing of Jesus Christ our Lord.

GRADUAL: Ps. 106:32, 31

Exaltent eum in ecclesia plebis : et in cathedra seniorum laudent eum. V. Confiteantur Domino misericordiæ ejus : et mirabilia ejus filiis hominum.

Let them exalt him in the church of the people, and praise him in the chair of the ancients. V. Let the mercies of the Lord give glory to him; and his wonderful works to the children of men.

ALLELUIA: Mt. 16:18

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Thou art Peter, and upon this rock I will build my Church.

After Septuagesima, the ALLELUIA is replaced by the following TRACT (Mt. 16:18-19):

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. V. Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam : et tibi dabo claves regni cælorum. V. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis. V. Et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis.

Thou art Peter, and upon this rock I will build my Church. V. And the gates of hell shall not prevail against it; and to thee I will give the keys of the kingdom of heaven. V. Whatsoever thou shalt bind upon earth, shall be bound also in heaven. V. And whatsoever thou shalt loose upon earth, shall be loosed also in heaven.

GOSPEL: Mt. 16:13-19

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.

In illo tempore : Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens : quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt : Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus, Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei : Beatus es, Simon Bar Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi

At that time: Jesus came into the quarters of Cæsarea Philippi, and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some, John the Baptist, and other some, Elias, and others, Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say I am? Simon Peter answered, and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven; and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build my Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to thee the keys of the kingdom of heaven; and

dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis : et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis.

whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven; and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in heaven.

OFFERTORY: *Mt. 16:18-19*

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : et portæ inferi non prævalent adversus eam : et tibi dabo claves regni cælorum.

Thou art Peter, and upon this rock I will build my Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to thee the keys of the kingdom of heaven.

SECRETS

Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, preces et hostias beati Petri Apostoli commendet oratio : ut quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per Dominum.

We beseech thee, O Lord, that the prayer of the blessed Apostle Peter may commend to thee the prayers and sacrifice of thy Church; that what we celebrate in his honour may procure for us pardon. Through our Lord.

For St Paul:

Apostoli tui Pauli precibus, domine, plebis tuæ dona sanctifica : ut quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Sanctify, O Lord, the gifts of thy people through the prayers of Paul thine Apostle : that this sacrifice, which is pleasing to thee as thine own institution, may be made yet more pleasing through his patronage and intercession. Through our Lord.

PREFACE

Of the Apostles

Vere dignum et justum est, æquum et salutare : Te, Domine, suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras : sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

It is truly meet and just, right and salutary, humbly to pray thee, O Lord, the eternal shepherd, to abandon not thy flock; but through thy blessed Apostles to keep a continual watch over it; that it may be governed by those same rulers whom thou didst set over it as shepherds and as thy vicars. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to thy glory, evermore saying:

COMMUNION: *Mt. 16:18*

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Thou art Peter, and upon this rock I will build my Church.

POST-COMMUNIONS

Lætificet nos, Domine, munus oblatum : ut sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus; sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

For St Paul:

Sanctificati, Domine, salutari mysterio quæsumus : ut nobis ejus non desit oratio, cujus nos donasti patrocinio gubernari. Per Dominum.

May the sacrifice we have offered, O Lord, fill us with joy : that as we proclaim thee wonderful in thy Apostle Peter, so we may receive through him the fullness of thy pardon. Through our Lord.

Sanctified by this saving mystery, we beseech thee, O Lord, that we may ever be assisted by his prayers whom thou hast given us to be our patron and guide. Through our Lord.